



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1856

XXXV. Die Markgrafen Johann und Otto vereignen dem Kloster Lehnin das Dorf Möseritz, das dieses von den Lehnsträgern des Markgrafen, denen von Vlotho, und deren Afterlehnsleuten, denen von Stendal, ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54716)

XXXV. Die Markgrafen Johann und Otto vereignen dem Kloster Lehnin das Dorf Mösferitz, das dieses von den Lehnsträgern des Markgrafen, denen von Blotho, und deren Aftterlehnsleuten, denen von Stendal, erkaufft hat, am 17. Juni 1241.

In nomine sancte et individue trinitatis. Johannes et Otto germanus ejus, dei gratia Brandenburgenses marchiones. Quecunq; caritatis opera ita provide et legitime fieri debere discernuntur ut ex ipsis, quantum caveri potest, nulli occasio detur offensiois et locus calumpniandi. Nos igitur rationis hujus formam attendentes notum facimus tam futuris quam presentibus Christi fidelibus, quod Johannes et Gevehardus, germanus ejus, de Plote villam nomine Mösferitz, quam a nobis in pheidum habebant, contulerunt Hinrico et fratribus ejus de Stendal jure pheidali, verum predicti fratres de Plote, Johannes videlicet et Gevehardus una cum Hinrico jam dicto et fratribus ipsius de Stendal villam jam memoratam Moseritz sub tali forma nobis resignaverunt, ut eam dictis fratribus nostris de Lenyn cum jure proprietatis in possessionem legitimam cum aquis et pratis et omnibus suis attinenciis conferremus. Villam vero Moseritz fratres de Lenyn emerunt ergo viros supradictos pro centum marcis et viginti. Nos ergo huic facto consentum prebentes, villam jam sepius recitatam, Moseritz nomine, contulimus perpetue virgini dei genitrici Marie fratribusque de Lenyn donatione perpetua cum omnibus suis proprietatibus, exemptam ab omni jure advocacie Budellorum nostrorum et a jure, quod dicitur Herschilt, et liberam ab omni qualicunq; nostro servicio. Ea propter ut hec rata et inconvulsa impostero perseverent, duximus ea sigillorum nostrorum appensione communire, fidele testimonium tam secularium quam spiritualium personarum adhibentes, Quorum ista sunt nomina; Rodericus Abbas de Cenna, ffromoldus monachus de Cenna, magister Ludolphus, notarius noster, et Johannes, capellanus noster, hinricus de Stegelitz, Baldwinus tryft, Nicolaus de Blumendal et alii quam plures milites et clientes. Acta sunt hec anno gracie millesimo CC^o XL primo, indictione XIII, epacta sexta, concurrente primo, XV Kalend. Julii.

Nach einer Copie im alten Lehniner Aktenstück.

XXXVI. Die Markgrafen Johann und Otto vereignen dem Kloster Lehnin Arendsee und Tribustorf, Bredewisch, Wandelitz, Stolzenhagen, Neuenhof, Waltersdorf, Klosterfelde, Schönerlinde, Sommerfeld und Arnstorf, im Jahre 1242.

In nomine sancte et individue trinitatis. Johannes et Otto, germanus ejus, dei gratia marchiones Brandenburgenses in perpetuum. Quum priorum memoriam posterius difficile retinent, vtili cautela procuratam est et necessarie compertum, ut super donationibus vel reemptionibus seu permutationibus Instrumenta conficiantur autentica, quibus cum oportunum fuerit veritas comprobetur et dubii questio de medio tollatur. Qua propter notum esse volumus omnibus tam presentibus quam futuris, quod dilectis fratribus nostris de lenin vendidimus villam nomine Arnesse et Tribustorf cum stagno, quod vocatur Loziliz et omnibus suis adiacentiis pro centum et sexaginta duobus marcis: villam Bredewisch et Wandelitz et dimidietatem ville stolzenhagen cum suis adiacentiis vendidimus predictis fratribus de Lenin pro centum et quinquaginta